

⟨Gebhard Bulach,⟩ *Generalkvikar des NvK, an die Pfarrer, Pfarrvikare und Gesellpriester der Pfarreien Rodeneck, Albeins, Lavant, Kastelruth, Völs, Stilfs, Sterzing, Matrai, Stubai, Hall und Münster.*¹⁾ *Er schärft die Beachtung des seit dem 12. März geltenden Interdikts ein und droht die Suspension an.*

Kopie (ca. 1460): BRIXEN, DA, HA 7323 p. 2²⁾; BOZEN, SLA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 53^r-54^r.

Regest: Jäger, *Regesten* I 315 Nr. 189.

Ern.: Jäger, *Streit* I 284f.; Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol* 372.

Alias vobis in aula episcopali Brixinensi nuper unacum aliis plebanis et sacerdotibus ex mandato domini nostri reverendissimi domini Nicolai sacrosancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis, episcopi Brixinensis, congregatis mentem domini nostri reverendissimi exposuimus³⁾, qualiter ex insidiis seu reverendissime paternitati preparatis capitulum Felicis⁴⁾ in Sexto et Cle. Si quis⁵⁾ cum penis ibi positus locum habeant, ita ut interdictum per ambo capitula est positum ipso iure, in quo etiam casu prelibatus dominus noster reverendissimus dispensare non potest. Unde idem dominus noster reverendissimus ex speciali gracia premissis non obstantibus vobis et aliis, quatenus curam animarum usque ad dominicam „Letare“ exercere possetis, prout exercuitis, indulsit.

Cum autem res ipsa dietim in longius se differat, nos mores pii patris imitantes, ne id a vobis et vestro cuilibet exigatur, quod facere non convenit, scilicet celebrando et irregularitatem contrahendo, sed quia 10 textus dicit, quod in tali casu ordo episcopalis vacare debeat et servari interdictum, idcirco ex speciali commissione memorati domini nostri reverendissimi vobis universis et singulis supra nominatis harum serie significandum et notificandum duximus atque significamus et notificamus ac ad vestram et cuilibet vestrum noticiam deducimus et deduci volumus per presentes, quod prelibatus dominus noster reverendissimus omnem cure commissionem ac exercicium cure a die dominica, qua in ecclesia dei cantatur 15 officium misse „Letare“ (12. März 1458), in antea in parrochiis vestris et dominiis illustris principis domini ducis Sigismundi hoc modo a vobis et vestro cuilibet retraxit vosque omnes et singulos ab eadem suspendit, ita ut illi, qui ex vobis a predicta dominica „Letare“ non servaverint interdictum, eo ipso ultra penas iuris ex superhabundanti ab omni exercicio cure animarum sint penitus exnunc prout extunc, late sentencie suspensi. Illi vero, qui interdictum servaverint, dummodo se non intromiserint nisi de concessis 20 tempore interdicti⁶⁾, manere debeant atque maneant cum effectu in commissione et exercicio cure animarum, quamdiu servaverint interdictum et non ultra. Ex Brunegk die quartadecima mensis marcii anno etc. lviii^{to}.

1) Die Liste der angeschriebenen Pfarreien enthält vor allem solche, deren Pfarrer und Pfarrvikare sich nicht an der Appellation vom 21./22. Februar 1458 beteiligt hatten; s.o. Nr. 5515.

2) Zur Hs. s.o. Nr. 5481 Anm. 2. Die Kopie wird eingeleitet mit: Unde predictis non contentus prefatus reverendissimus dominus cardinalis per magistrum Gebhardum, eius vicarium, emanavit ex eiusdem domini cardinalis commissione mandatum, quod sequitur.

3) S.o. Nr. 5517 (1458 Februar 22).

4) VI 5.9.5, ed. Friedberg II 1091f.

5) Clem. 5.8.1, ed. Friedberg II 1187f.

6) D.h. die Sakramente, die auch während des Interdikts erlaubt sind, nämlich die Taufe, die Kommunion auf dem Totenbett (Viaticum) und die Buße, sowie die klandestinen Messen gemäß Clem. 5.11.24 (Alma mater) und die kirchlichen Begräbnisse für Kleriker.